Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fiat decoctio ros ex aqua fiat clistere hoc valet in fluxu
ventris Item decoctio ros valet gingiuis quia confortat
eas ymo valet in dolore dencium et potest addi balaustie et
uirtulli et tunc valet expertum est Item valent rose in do
lore auris Item valet in superfluitate fluxionis epatis stomachi
in vomitu vnde applicentur folia per modum emplastri
illis membris et valet in vomitu colerico et applicatur sto
per modum empl. Item valet ad restringendum fluxum vnde
cum lico ypoquistidos mirti balaustijs et ros fiat emplastrum
quod applicatur ventri toti et pectini et renibus Item valde
confortat cor Item valet in principio contussionis vnde per
modum empl. applicetur loco etc. Item oleum ros multum
commendatur in illo casu vnde capiuntur folia ros recent
et ponuntur in oleo et vas exponatur soli alij bulliunt
simul in vase et hoc commendatur Item dormire super
locum vbi sunt rose facit hominem non appetere venerium Item
rose valent in dolore intestinorum recti ani vnde fiat applicatio
ros decoctionis et valet etc.

Rodha i. humida Abroamsa humida nominatur propter
Rodhab dum est recens alfasfasa dum est humida
et quando est sicca dicitur acher et est nomen persicum D. quando
oritur in principio est silis andacobohe que nascitur in pratis
Sed quando est completa habet folia subtiliora quam folia ipsius
Et habet ramos similes ramis andocbohe et sunt ei
semina in magnitudine lentis tortuosa et est sicut cornua
quando desiccatur administratur hec herba dando iumentis cum
libus loco herbe que dicitur agrestis et est de ea species que dicitur
aprioki et est species humide siluestris et est albikia Et est
herba que nascitur in locis occultis in radice herba ansex
folia eius sunt subtilia et magna fructus eius est maior quam
nigma lent et sunt in ea tria grana aut quatuor et mi
nora lente G. sapor grani huius herbe est stipticus sicut
sapor lentis et virtus eius calida caliditate temperata et ex
siccatio eius est amplior exsiccatione lentis et comeditur
sicut lens et est durior digestionis quam lens Dyasc.
Alkudab quando sit emplastrum cum ea recenti humida iuuat me
bris sedando dolores ipsorum Sed alfafa est granum stipticum
Et ideo quando torrefit et mollitus coquitur sicut lens confert
ad prohibendum cursum humorum ad stomachum et in
testina ysaac beniamiam fasfasa nascitur super aquas
et non siccatur estate nec hyeme et ideo nominatur humida
et est albet et quod de ea administratur est semen eius et fo
lium eius est calidum et humidum et est in ea inflatio
et ideo auget sperma et incitat coitum et auget in iuua
mento medicinarum que faciunt hoc Et semen eius ingre
ditur in pluribus confectionibus fortibus Et quando fit emplastrum
cum folio eius confert membris que indiget sedatione
doloris eorum Et est commouens eorum cibo hec serapio

Rubea est herba ut Isidorus ait ethy. li. sic
dicta quia radix eius sit rubra vnde et colorande
lanas prohibentur et est diuretica i. diuisiua ca. et sic
in secundo gradu vim habet confortandi relaxandi et est duplex
scilicet maior et minor

Rubea maior que et rubea tinctorum et alkeyri
sew gaida siue sebel vel vena tinctorum nominatur
scilicet rote vel rotzel vel clepere vel cletten per tri vena tinc
torum proprie est radix rubee maioris Macer ait Isatis
a grecis est gaida vulgo vocatus Non modicum questum pre
bens tinctoribus herba De folijs eius tritis factum catha
plasma vulnera magna licet conglutinat atque cruore
Illorum sistit reprimit quoscumque tumores Si cum melle teras
hanc sordida vulnera purgat Emendat maculas et sacrum
subvenit ignem Oui si iungens albumine si super addas
Rubea minor que et rubea agrestis aut rubea siluestris
nuncupatur scilicet wilde rote vel rutzil vel clepeer
Rubea vipertina est serpentaria rubea

Rubea tinctorum secundum serapionem dicitur Sane e. d.
quedam ex ea nascitur absque seminatione et
quedam seminatur Et habet ramos longos grossos similes
ramis herbe que dicitur abarim nisi quia sunt maiores illis
et duriores et super ipsos sunt folia diuisa ab inuicem
equedistancia tamquam ipsos nodos eius in similitudi
nem stellarum et habet fructum rotundum cuius color in principio
sue apparicionis est viridis postea vero fit rubeus et quando
maturauerit fit niger Et quod de ipsa administratur sunt vene
ipsius et ipse sunt subtiles longe rubee. G. sapor eius
est ponticus Et virtus eius prima est calida Et virtus
eius secunda est virtus que abstergit Et virtus eius tercia
est que mundificat epar et splenem et aperit opilationem
eius aut earum et prouocat vrinam grossam forti prouo
catione vehementi et menstrua Et abstergit abstersione
temperata omnia que indiget abstersione Et ideo confert
morphee albe quando ponitur super eam Et ipsa datur in po
tu cum mellicrato sciatice et habentibus fluxibilitatem
membrorum G. radix eius herbe dicte rubea sit diurnus
Et est longa subtilis rubea et habet virtutem prouocandi
vrinam quando bibitur cum mellicrato et confert yctericie et scia
tice et paralisi et facit mingi vrinam multam grossam Et
fortasse facit mingi sanguinem Et oportet adhiberi cau
telam bibentibus ipsam in die sue potionis Et quando bibuntur
aliqui ex surculis eius confert morsibus venenosorum
Et quando fructus eius bibitur cum squiringibin resoluit apo
temata splenis Et quando radix eius subiicitur prouocat menstrua
et deiicit maculas fetuum Et quando inuncta cum aceto li
nitur super maculas albas curat eos hec serapio